



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

Ca. vi. De musica/ & instrumentis/ & modis/ & fructu eorum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

temperantia deformatur. Totius vero licetie moderatrix est loci/teporis/modi/persone/& cause premissa inspectio: que oim negociorum faciem decora venustate commendat: aut turpitudinis condemnat opprobrio. Est ergo in singulis plurimū habenda ratio personarū cum natura: conditio: fortuna suis singule hominem induat personis: ex quibus quid se deceat: erit vniuscuiusq; colligere. Decorū siquidem aliunde non prouenit. Chilon lacedemonius iungende societatis causa missus chorinthū. duces & seniores populi ludetes inuenit in alea. Infecto itaq; negotio reuersus est dicens se nolle gloriā sparthanorū quorū virtus cōstructo bifancio clarescebat hac maculare infamia: vt dicerentur cū aleatorib⁹ contraxisse societate. Regi quoq; demetrio in opprobriū puerilis leuitatis taxilli aurei a rege parthorū dati sunt. Eo siquidē munere exhonorāda visa est adolescentia senilis: & qui in maiestate regni leuia cōmittere minime vereretur. Nunc vero nobiliū in eo sapiētia declaratur: si venaticā nouerint. si in alea fuerint damnabili⁹ instituti: si nature robur effeminate vocis articulis fregerint/ si modis/ & musicis instrumētis virtutis immemores/ obliuiscātur q̄ nati sunt. Verum hec pernicies a parētibus manat ad filios. Quid enim faciet filius nisi quod patrem viderit faciētem? Si damnosa senē iurat alea: ludit & heres bullatus. Paruoq; eadem mouet arma fretillo: fuerat quidem tenerior etas a libidinib⁹ & voluptate/ parēte vitiorū/ arcenda propensius: & ne quid licentius illis presentibus a maioribus fieret: diligentius precaurendum: quia vt idē ait satiricus: fortius/ & citius nos corumpunt vitiorum exēpla domestica magnis cum subeunt animos auctoribus. Egregie quidem eleazarus cum redimende vite causa sollicitaretur committere in legem domini exempli periculum opposuit dicens. Quis ego sum eleazarus nonaginta annorum: vt trāseam ad vitam alienigenarum: & iuuenes religiosos seducam? Nascitur ergo maioribus heredes quidem degeneres & qui virilem sexum muliebri mollicie dehonestant.

**C** De musica/ & instrumētis/ et modis/ & fructu eorū. Capi. vi.

**N**on tamen curialium nugis musicam calūniatur aliquis societate. licet se beneficio eius conētur nugatorum plurimi cōmendare. disciplina siquidē liberalis est. & siue pictagorā. siue moysen: siue tubal patrem canētū in cythara/ editiois sue laudat auctorem/ ingenuū habet ortum & virtutis sue potētia specierumq; varietate: & sibi

De chilone lacedemonio / q̄ cum corinthiis aleatorib⁹ noluit societatem cōtrahere.

De rege demetrio cui taxilli aurei missi sūt p̄ munere a rege parthorū. De testatio eorū q̄ hodie nobiles faciunt. adde qd̄ est. s. c. pxi. xli. hec sunt t̄pib⁹ nostris r̄c.

Iuuenalis in xlii. satira.

ij. Macha. vi. ca.

De inuētōrib⁹ musice.

Beneficia. x.

**Musice cōmē  
dationes.** famulantibus numeris vniuersa cōplectitur omniū que sunt & que dicuntur/ dissidentem & dissonā multitudinem pportionū suarum. i. in equali quadā equitatis lege cōsilians. Hac etenim celestia temperatur/mundana siue humana reguntur. Hac instrumenta mores instruit et informant ipsius que vocis articulate vel inarticulate substātiā miro quodam nature opificio mellitis picturis rigmonū metrorumq; colorib; vestiūt/& quadam cultus venustate perornant. ¶ Hanc vt suffragio nostre commēdationis nō egeat sancti patres multis laudū preconis extulerunt. Deinde in eius virtute maligni spiritus violētia cohibebatur.& illius etiam in subditis suis minuit musice gratia potestatem. ¶ Cum enim spiritus domini malus saulē inuasisset/psallebat dauid cythara ī manu sua: donec spūs a regis infestatione quiesceret. Vt vero nōdum reueletur spiritus qui latet in littera/equissimū est animam/cognati generis grā mansuescere.& oēm dediscere alienationē/cū ei pprie contemptus originis/& nature melioris archana resultant. Eam ex consonātiis musicis esse compositam q̄plurium opinio vel sentētia est. Totius etenim philosophie princeps plato est/si tamen aristotilici acquiescunt:cū eam ex substantia diuidua/& īdiuidua finxisset/& eadem natura plasmaret et diuersa. ipsam non posse constare credidit/nisi linisitū qui vtrinq; multifaria sectione ab vnitāte pfluxerāt.dissidentiam enuolūis/epitricis/& epogdois vniret: limatis & comatis habita ratione: vt sub expressione paucorum ei quantacūq; distātia/repugnantīū concordia/cognati generis societate doceatur esse finitima. ¶ Vnde archano quodam meatu nature/secretisq; cuniculis viuacitatis sue vigore per vniuersa discurret.& cuius nature substātieq; cōformis rationis/sensus vite in singulis pro diuine dispensationis decreto/efficaciam modulatur. Omnibus itaq; alimenta dispēsat:& sui puritate viget in singulis:nisi molis corporee grauitate prematur. aut trāquillitatem spiritus/ exteriorū tumultuum turba concitiat. Qua irruente/quid potest esse salubrius q̄ si (vt ita dicam) suis nature vocibus a compressione turbarum ad se ipsam anima reuocetur? Quid deniq; nostro spiritui potest esse similius voce/que cum hic formetur tam facili q̄ inuisibili et ineffabili transitu/multorum a circūqua; replet auditum. & vi sua corporū integram penetrat densitatem/& quasi tactu quodam mouet animū.& p arbitrio suo nunc deiicit/nunc extollit. Certe et si nulla ratione sit spiritus/eam quoddam vehiculum

**1. Regū. xvij.**

**Plato prin  
ceps pbie.**

**Vocis cōmen  
dabiles pprie  
tates.  
Hoc vehiculū  
est spiritus.**

spiritus esse/certissimū est. Et nunc quidē humanū/nunc diuī  
 numi/nūc et phitonium gerit. Cum vero modis suis eleganti⁹  
 fuerit colorata / venustate sui mentes etiam seniores capit. &  
 quadā inducte hilaritatis gratia pellit tristitiam: & si quid pul-  
 ueris aut turbinis/aut nebularum cogitationibus ipsis inhe-  
 rat potenter abstergit. ¶ Ad mores itaq; instruendos/ & ani-  
 mos exultatiōe virtutis traiciēdos in cultū dñi: nō modo concē-  
 tum hominum / sed et instrumentorū modos censuerunt sancti  
 patres domino applicandos/cum templi reuerentiam dilata-  
 rent. Et si militantis ecclesie tibi parua videtur auctoritas: vel  
 triūphatrix illa/preconia musice non tacebit/cuius seniores vi-  
 dit/& tibi mōstrauit tonitruī filius/& voces eorum sicut cytha-  
 redorum cytharizantium in cytharis suis. Q; si illos nōdum au-  
 disti/regem audias exultantem: qui te regni et exultationis sue  
 vult esse participem. Ait enim. Sumite psalmū et date tympa-  
 num psalterium iocūdum cum cythara. Ad quid inquis? vt lau-  
 detis dominū in tymphano & choro i cordis et organo. Hic est  
 enī vsus musice aut sol⁹ aut precipuus. Frigius vero modus/&  
 cetera corruptionis lenocinia/sane institutionis nō habēt vsum  
 sed produnt maliciā abutentis. ¶ Dolet igitur & ingemiscit  
 species laudabilis discipline/ se ab alieno vitio deformari: & q;  
 facies meretricis facta est ei/ que viriles quoq; animos accēdere  
 consueuerat ad virtutē. Amatoria bucolicoꝝ apud viros gra-  
 ues esse fuerat criminis. Nunc vero laudi ducitur. si videas gra-  
 uiores/amatoria que ab ipsis dicūtur elegantius stulticia per-  
 sonare. Ipsum quoq; cultum religionis incestat: q; ante conspe-  
 ctum domini in ipsis penetralibus sanctuarii/lasciuientis vocis  
 luxu quadam ostentatione sui muliebribus modis notularum  
 articulorumq; cesuris/stupentes animulas emollire nituntur.  
 Cum precinentiū & succinentium/ canentiū & decinētium. in-  
 tercentium/& occinentiū premolles modulationes audieris  
 sirenarum concētus credas esse non hominū. & de vocum facili-  
 tate miraberis quibus philomena/vel psitachus/ aut si quid so-  
 norius est: modos suos nequeunt coequare. Ea siquidem est  
 ascendendi/descendēdiq; facilitas: ea sectio vel geminatio no-  
 tularum. ea replicatio articulorum singulorūq; consolidatio/ sic  
 acuta vel acutissima/grauibus & subgrauibus temporantur: vt  
 auribus sui iudicii fere subtrahat auctoritas: & animus quem  
 tante suauitatis demulsit gratia/ auditorum merita examina-  
 re nō sufficit. Cum hec quidē modum excesserint: lūborū puri-

Marci. iij.  
 Apoca. xiiij.

Psalm⁹ lxxx.

Psalmus. cl.

Dannat mo-  
 dus frigios et  
 similes in mu-  
 sica.

Inuehit cōtra  
 amatoria bue-  
 colicorum.

Cātus hodie  
 ni delectatio.

Excessus i ca-  
 tu qd operat.

Que est in iu-  
bilatione deo  
fíeda cantus.

ps. lxxx. In te  
domine.

ps. cxxxvj.  
Sup flumina

Uersus.  
Proverb. viij

† Al. ciconum  
De matrib<sup>9</sup> et  
nurib<sup>9</sup> ciconũ  
que sunt indi-  
gnate cõtra or-  
pheũ qui ma-  
res effemina-  
rat modis suis  
† De hoc dicit  
ouidi<sup>9</sup> metha.  
in pain. x. lib. 7  
boetius in de  
pso. in. iij. li. x.  
xij. felix qui po-  
tuit rē.  
Inuectio tra-  
eos q̄ nimis i-  
stunt musice  
Q̄ pater septi-  
gētarũ monia-  
liũ phibuit p̄  
eas mellica cã-  
tica cantari.

ginem q̄ deuotionem mentis poterunt citius excitare. Si vero moderationis formula limitantur: animum a curis liberant vel redimunt / exterminant temporalium sollicitudinem: et quadam participatione leticie & quietis & amica exultatione in deum mētes humanas traiciunt ad societatem angelorum. Sed vnde hac moderationis formulā tenes? Exultabunt (inqt) labia mea cū cantauero tibi. Si ergo ex habundantia cordis os tuum laudem domini moduletur. Si spiritu psallis & mente: si psallis deniq; sapienter: etiam circa articulate vocis intelligentiam rectissimā modestie regulam tenes. & nō tam vocis / q̄ mētis iubilo aures mulces altissimi / & indignationem ei<sup>9</sup> prudēter auertis. Qui autē voluptatis aut vanitatis affectus exp̄mit: qui vocis gratiam prostituit cōcupiscētiis suis. qui lenociniori clientulam musicam facit. ignorat quidem canticũ dñi / modis babiloniis festiuus in terra aliena. Qui nescio quo pacto plus placeant / nisi quia nitimur in vetitum semper cupimusq; negata. Et aque furtiue dulciores. & panis absconditus surauior est. Et quidem frigijs modis decreto philosophorū ab aula grecie iam pridem iussus est exire et ceteri quibus descensus fit in lasciuam & corruptionē. ¶ An nō recolis ciconium † matres & nur<sup>9</sup> indignationē suā totā i orpheũ q̄ modis suis mares effeminauerat vsq; ad parcarū inidiā effudisse / lz ille flexerit māes: duriciq; ditis molliet: euridicēq; † suā vocis gr̄a. & si ifausta sorte meruerit. Exinde huiusmodi hominū questus plerūq; felicem exitum nō expectat & forte quia non habet euetus sordida preda bonos. Quę vero mentes emolliunt / moresq; subuertunt a nostra etate vndiq; asciscuntur: licet ipsa ultra q̄ satis est vitii suis habundet. Si quemq; eorū qui vehementius his insistūt grauem videris: si modestū: si pudicū: viris fortibus nostrorū temporū ipm cōnumerare memineris: qm̄qdē hec rara auis ē. Proinde quidem venerabilis vir circiter septingentorum monialiū pater: hanc monasteriis suis prescripsit legem: vt omnia earum cantica totius mellice pronunciationis exuant modos: & vt sola psalmodi & laudum sint significatiua pronūciatione contenta. Suspecta equidem fuit sc̄to viro voluptati cognata mollicies eo q̄ voluptas parēs libidinū est. ¶ Quid q̄ hec ipsa quotidiana conuictiorū maliciam acuit: ac si venena nisi toxicata sint nocere nō possint? Igni stipulā addere / oliū camino: serpentem intoxicare / nōne dementia est? Licet rerū vitia obtegantur velo verborum / quorū eadem est substantia nulla profecto differē

tia est. Que apud grecos coepulationis nomine censentur vel  
 computationis/a nobis honestiori nomine cōuiuia nominantur.  
 Cetus siquidem conuiuantium q̄ coepulantiū/aut computan-  
 tium venerabilior est. Conuiuia vero nonne per se satis infani-  
 unt nisi carminibus excitentur? Nonne istud arguit dominus  
 dicens. *Ve qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectadam & po-  
 tandum vsq; ad vesperam/ vt vino estuētis: cythara/ & lyra/ &  
 tympanum/ & tybia: & vinum in conuiuīs vestris/ & opus do-  
 mini non respicitis/ & opera manuum eius non consideratis.*  
 Quid q̄ rex babilonis non nisi in conuiuio vidit manum scri-  
 bentis in pariete mane: tethel/phares. Quo regnum diuine  
 ratum appensum denunciat & scissum. Diuino siquidem iudi-  
 cio principatu iudicatur indignus qui vasa domini humana/ vi-  
 delicet corpora/ in vane voluptatis gaudia exponit/ & spōsi tha-  
 lamum/ maligni spiritus immūditis aperit. Centum lumini-  
 bus cinctum caput argus habebat: que omnia vnius fistule vo-  
 luptate/ non tam sopita sunt q̄ extincta. Tu quis es qui te circū-  
 spectiorem esse confidis?

¶ De dissimilitudine augusti & neronis. Capitulum VII.

**A**ugusto tympanizante in cena: a quodam militū pro-  
 brose dictum est. Vides ne vt cytharedus orbem di-  
 gito temperet? Cuius ille verbi percuss? amaritudine  
 os manus & animū ab huiusmodi leuitate suspendit:  
 habuitq; semper gratiam exprobranti. ¶ Sed longe secus nero  
 non imperatorum/ sed hominū fedissimus/ qui adeo scribitur ca-  
 ptus amenitate vocis: vt non modo pomis cibisq; nocentibus  
 abstineret: sed eius gratia cōseruande/ frequenti disterio vomit-  
 usq; purgaretur: plumbeamq; carthellam supino ventre man-  
 dato phisicorum sepius & diutius sustineret. Adeo vero dele-  
 ctabatur in cantu: vt nec theatro terremotu cōcusso/ cum semel  
 ceperat egrederetur/ anteq̄ inchoata finiret: nec quemq̄ egredi  
 eo cantante licitum erat. Vnde pleriq; affecti tedio audiendi:  
 simulato funere elati sunt. ¶ Milites quoq; nisi alio verba pro-  
 nūtiāte nō appellabat/ nec agebat quicq; serio/ iocoue quin pho-  
 nascus astaret/ qui eum suis arteriis parcere hortaretur. Instru-  
 mentorum quoq; curiosissimus erat: vt eorū peritiam aliis in-  
 uideret/ adeo vt publico testimonio se cytharedum principem  
 gauderet appellari. Vnde illud: cytharedo principe natus no-  
 bilis hic ultra quid erit nisi ludus. In tanta quoq; mole imperii  
 omnem perosus grauitatē. Philisophiam persequēs quasi ma-

Auctoritate  
 dei dānant cō-  
 uiuia cū canti-  
 lenis.

De eo quē rex  
 babilonis vi-  
 dit scribi i pa-  
 riete dū esset  
 in conuiuio.

Phonascus  
 hystrio hortā-  
 bat neronē ad  
 parcendum.